



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 14. Lutheri Epistola post suum discessum ex oppido Friburgensi ad
Cæsarem data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

est, dato negotio, ut intra dies viginti **Sæcul. XVI.**
 & unum Wittembergam rediret, nec ta- **A. C. 1521.**
 men in itinere vel quicquam scriberet,
 vel ad populum diceret: Igitur Luthe-
 rus Principibus gratias agens die vige-
 sima sexta Aprilis Wormaltia egressus
 est, quem facialis Cæfareus, qui eum
 adduxerat, securitatis gratia comita-
 batur.

§. XIV.

*Lutheri Epistola post suum discessum
 ex oppido Friburgensi ad
 Cæsarem data.*

Lutherus ubi Friburgum venit, in itine- **Sleid. comm.**
 re literas ad Cæsarem dedit, in qui- **I. 3. p. 71.**
 bus omnes, ob quas ad modum ex **Cochl. de act.**
 eo petitum errores suos revocare re- **Luth. ann.**
 nuisset, rationes adduxit, ac ea, quæ jam **Pallav. hist.**
 saepius enunciaverat, denuo repetiit di- **I. I. c. 28.**
 cens, se non alios admissurum judices,
 quam qui ejus caussam non nisi ex Sa-
 cræ Paginæ testimoniis decernerent.
 „ Non meam, inquit, sed totius Eccle-
 „ siæ, & universi Orbis ac præcipue
 „ Germaniæ caussam defendo, itaque,
 „ Cæsar augustissime, ut me adversus
 „ hostes meos protegas, supplex rogo..„
 Scripsit paulopost ejusdem argumenti
 literas ad S. R. I. Principes, seque pur-
 gavit, quod libros suos Ordinum Impe-

Secul. XVI.
A.C. 1521.

rii judicio subjicere recusaverit; non enim possum, ajebat, ullo pacto permettere, ut Verbum Dei sit alligatum, nihilominus declaro, me ad nutum Cæfareæ Majestatis, ac ceterorum Principum in loco mihi designando comparaturum, dummodo mihi cum æquis Judicibus, non vero suspectis agere licet. Utramque hanc epistolam deferrandam Sturmio commisit, summopere gavisus, quod hac ratione illum dimittere potuerit, quem præsentem esse noluit eo tempore, quo ex composito ab amicis suis intercipiendus esset, ut hoc pacto obedientiam denegandi obtentum consequeretur. Ita enim inter eos cum Lutherò conventum est.

§. XV.

Lutherus in itinere raptus, atque in arcem abductus.

Pallavicin.
hist. I.c.28.
Steid. p.76.
Cochl. an.
1521. p. 42.
& seq.

Enimvero Lutherus, ubi die tertia Mاجي Isenaccum oppidum egressus sylvam quamdam in itinere Wittembergam versus pertransiret, duo Equites larvis tecti, atque a Friderico Saxonie Electore subornati e sylva erumpabant, factoque in currum impetu, Lutherum simulata ferocitate, ut res serio de ejus vita agi videretur, in terram projiciebant, tandemque quasi per vim ad Wartember-